in Tyberim jactari fecit, et omnes per ipsum ordinatos deordinavit, cujus corpus a piscatoribus inventus, et in basilica beati Petri ponitur, et ibi a multis sanctorum ymaginibus salutatus, quod palam factum fuit.

Anastasius. Lando. Johannes. Leo. Stephanus. Johannes. Leo. Stephanus.

Martinus. Agapitus.

Johannes. Hic fuit venator et publicus fornicator, propter quod imperatori accusatus est et depositus; sed antequam deponeretur uni cardinali nasum abscidit, et alteri manum amputavit, quia litteras imperatori contra ipsum miserant, scilicet Ottoni.

Benedictus. Leo. Johannes. Benedictus. Donus. Bonifatius. Benedictus.

Johannes. Johannes. Gregorius.

Silvester. Iste fuerat monachus sed apostatavit et homagium dyabolo fecit; inde omnia ad votum quicquid desideravit accepit, et cum papa esset petivit a domino suo dyabolo, quamdiu viveret. Respondit quamdiu in Jerusalem non celebraret. Unde gavisus fuit, sed in anno quinto sue ordinationis cum venisset incaute ad ecclesiam in Later. que dicitur Jerusalem sensit demones cum magno strepitu et sic mortem propinquam conspiravit, et sic de misericordia Dei non desperavit, sed peccatum suum omnibus revelavit ibidem, et manus suas precidi fecit, et omnia membra sua truncari fecit et sic expiravit, et in Later. sepelitur in tumba que adhuc sudat in presagium cujuslibet pape morituri.

Spiravit

Johannes. Johannes. Sergius. Benedictus. Johannes. Benedictus.

Silvester. Gregorius. Clemens. Damasus. Leo. Victor. Stephanus.

Benedictus. Nicolaus.

Alexander. Hujus tempore Megtildis comitissa optulit suum patrimonium beato Petro quod ecclesia Romana adhuc possidet.

Gregorius. Victor. Urbanus. Paschalis. Gelasius. Calixtus. Honorius.

Innocentius. Celestinus. Lucius. Eugenius. Anastasius. Adrianus.

Alexander

Lucius. Hujus tempore floruit Petrus Comestor qui scolasticam hystoriam compilavit.

Urbanus. Gregorius. Clemens. Celestinus. Innocentius. Honorius

Gregorius. Iste cum imperator Fredericus Romam obsedisset et multos Romanos pecunia corrupisset et iam Romam intrare debuisset accepta capita apostolorum et fecit processionem a Latrano usque ad sanctum Petrum, et per hoc corda Romanorum ad se convertit, et contra imperatorem cruce signavit multos; quo audito Fed. imperator stupefactus fuit. Iste idem sanctam Elysabeth canonizavit

Celestinus

Innocentius IIIIus. Iste imperatorem Fredericum excommunicatum deposuit

Alexander IIIIus

Urbanus IIIIus. Iste Karolum regem Sicilie fecit.